UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Felicis sanctißimi episcopi Romae & martyris, ex epistola ad Maximum episcopum & clerum Alexandrinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

Felicis ſanctiſsimi epiſcopi Romæ & martyris, ex epiſtola ad Maximum epiſcopum & clerum Alexandrinum.

DE Verbi autem incarnatione & fide, credimus in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex virgine Maria natum, quod ipſe eſt ſempiternus Dei Filius & Verbum, non autem homo a Deo aſſumptus, vt alius ſit ab illo. Neque enim hominem aſſumpſit Dei Filius, vt alius ab ipſo exiſtat: ſed cum perfectus Deus eſſet, factus eſt ſimul homo perfectus, ex virgine incarnatus.

Theophili ſanctiſsimi epiſcopi Alexandriæ, ex quinta paſchali epiſtola.

EXTANT & nunc quoque veterum miraculorum reliquiæ. Nemo dubitet quin Dei virtus efficere id queat, vt virgo pariat: in qua vtique, nobis vt aſſimilaretur, viuum Dei Verbum, (alia namque ratione familiariter inter nos verſari non poterat) ne e voluptate & ſomno, vt in aliis hominibus contingere ſolet, corpus ſumeret, noſtra ſimilitudine accepta, ex virgine prodiit: hominem quidem ſecundum ſeruilem formam nobis haud diſſimilem videndum ſe præbens, ex operibus tamen (opera enim diuina patrabat) omnium & Dominum & opificem ſe eſſe oſtendens.

Sap. 7. v. 3.

Eiuſdem, ex ſexta paſchali epiſtola.

ETENIM vt præſtantiſſimi quique artifices non ſolum in no-

Φήλικος τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ μάρτυρος, ἐκ τῆς πρὸς Μάξιμον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τὸν κλῆρον Ἀλεξανδρείας, ἐπιστολῆς.

ΠΕΡΙ δὲ τῆς σαρκώσεως τοῦ λόγου καὶ τῆς πίστεως, πιστεύομεν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ ἀΐδιος υἱὸς καὶ λόγος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ὑπὸ θεοῦ ἀναληφθείς, ἵν' ἕτερος ᾖ παρ' ἐκεῖνον. οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ τοῦ θεοῦ υἱός, ἵνα ᾖ ἕτερος παρ' αὐτόν· ἀλλὰ θεὸς ὢν τέλειος, γέγονεν ἅμα καὶ τέλειος ἄνθρωπος, σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου.

Θεοφίλου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πέμπτης ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.

ΕΣΤΙ γὰρ καὶ νῦν τῶν τότε θαυμάτων τὰ λείψανα. μὴ ἀπιστείτωσαν, ὅτι δύναμις θεοῦ ἰσχύει ποιεῖν παρθένον ἀποτίκτειν, ἐν ᾗ γενόμενος ὁ ζῶν τοῦ θεοῦ λόγος διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν· ἄλλως γὰρ συνομιλεῖν ἡμῖν αὐτὸν ἐγγύτερον οὐχ οἷόν τε ἦν· ἵνα μὴ ἐξ ἡδονῆς καὶ ὕπνου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἔχει, δέξηται σῶμα, τὸ ἐν ὁμοιώματι τούτου λαμβάνει ἐκ παρθένου τικτόμενος· ἄνθρωπος μὲν φαινόμενος, ὡς ἡμεῖς, κατὰ τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ἐκ δὲ τῶν ἔργων ἀποδεικνύμενος, ὅτι τῶν ἁπάντων δημιουργὸς καὶ κύριός ἐστι, περιττῶν ἔργα θεοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς *ἑξῆς ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.

*ἴσω

ΟΙΑ γὰρ τῶν τεχνιτῶν οἱ ἄριστοι οὐκ ἐν τιμίαις μόνον ὕλαις τὴν